



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Demetrio martyre. Cap[itulum]. cx.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



quia quos iste baptizabat: ille decollabat. unde ipse sumptis seminibus olerum: monachos suos assumpsit: et heremi desertissimam petiit. veniens autem ad locum super fluvium dorodonem: draconem ingentem et serpentum multitudinem ibidem habitantem: christi virtute fugavit. Ibi quoque cum fratribus deo servire cepit et olerum semina seminavit. De ficientibus vero et cibis: angelus domini squiritio precepsit per noctem apparuit: et ei divinam visionem comminatur: nisi sanctis viris subventat pereuntibus fame. Ille vero territus amicos consulit: sed quo sancti dei abissent: penitus invenire non valuit. Post dies tres nocte iterum angelo eadem apparere plagis percussus est. Qui amicis iterum consultis. Ipsi camelos cibis monachorum oneravit: et deo frontoni: eos commendat. Qui duce domino ad heremi sancti viri recto itinere pervenerunt. Sanctus autem episcopus onerum medietatem deposuit: et cum reliquo camelos remisit. Qui eadem via qua venerat reversi sunt ad dominum suum. Quod cernens preses in christo credidit: et frontonem investigatum adijt: atque gregorius ab eo vocatus sacrum baptismum suscepit: eisdemque in heremo decetero ministravit. Sanctus autem vir post multos labores in pace quiescit. viii. kal. novembris. Sepultus petragorice virtutibus clarus.

De sancto Demetrio martyre. Cap. cxi.



**D**emetrius

martyr apud thessalonicam civitatem passus est: sub maximo imperatore. Hic a sua innecitate christianus et deo servitius nobilis fuit civis ipsius thessalonicæ civitatis et miles strenuus. Qui tamen christum dominum predicabat: et multos ad

fidem convertebat. Ingressus autem imperator thessalonicam: audiens demetrium ipsum comprehendit fecit et in carcerem mitti. Erat autem cum imperatore gigas fortissimus et aspectu terribilissimus nomine libens. Qui de mandato augusti cum christianis dimicans: eos brachijs ad se constringens ad terram allidebat: statimque spiritum exhalabant. Multi etiam alij ab imperatore diversis penis affligebantur. Cuius autem demetrius esset in carcere positus: scorpionem iuxta pedes suos cauda eum percutere satagentem vidit: quem edito crucis signaculo statim extinxit. Cui oratione confestim angelus apparuit: atque in christo confortatus: coronam capiti eius imposuit. Verum dum imperator cogitaret demetrium cum libeo experiri. Nestor quidam christianus se nomine sancto demetrio obtulit dicens: quod certamen hoc assumere deliberasset: rogans ut sanctus martyr pro se dominum exoraret. Qui ab eo confortatus: die sequenti imperatori se presentavit: seque christianum asseruit: offerens se cum

libeo dimicare: et pro demetrio certamen assumere. Dum autem imperator illum precibus retrahere non posset: victori munera permisit. Nestor igitur duellum ingressus: libeum ad terram prostravit: et prostratum occidit. Imperator autem hoc videns: et gygantem christianorum victorem amisisse dolens contra eius sponsonem nestorem a militibus solvit: et de civitate eiecit: demetrium quoque qui eius interfectionis causa fuerat: iussit in carcere occidi. Milites autem ad carcerem venerunt: et gladium in eius pectore demerserunt. Sicque orans cum palma migravit ad dominum. Cuius corpus a christianis occultatum est: propter timorem paganorum. In quo loco deus mirabilia operabatur: ubi cunctorum egrotudines sanabantur. Sed processu temporis a leontio christiano de illyrico veniente ad prefecturam thessalonicæ civitatis corpus sancti martyris levatum est et digno honore conditum: ecclesia eius nomini mire magnitudinis fabricata: ubi et quiescit miraculis pollens. Passus est autem finem vsuandum septimo kalendas novembris. finem adonem octavo idus octobris.

De sancto Evaristo papa et mar. Cap. cxli.



**E**varisto papa

et mar. nativitate grecus: ex parte iudeo nomine iuda de civitate berthele: anacleto pontifici in episcopatu romano successit: et sedit annos decem: menses septem: dies duos. Hic titulus in urbe roma presbyteris divinis.

Hic constituit ut septem diaconi essent in urbe: qui custodiret papam predicantem propter stilum erroris: qui posset ipse nisi episcopo ab emulis: et sic a malivolis infamaretur: et verbo divino ab insidiaribus detraheretur: qui etiam semper parati essent ad obsequium prebendum in missarum solemnibus. Constituit etiam ut contugium a pariteribus publice fiat: et sponse solemniter a viris sponsantur et tradant nuptus: et demum a sacerdotibus benedicantur: qui etiam sub persecutione trahant martyrio coronantur: et sepultus est iuxta corpus beati petri apostoli in vaticano septimo kalendas novembris. Hic fecit ordinationes tres per mensem decembrium: presbyteros septem: diacones duos: episcopos per diversa loca numero quibus. Et cessavit episcopatus dies vigintiocto.

De sanctis Rogatiano et Felicitissimo martyribus. Cap. cxlii.



**R**ogatiano presby

ter: et felicitissimo martyres apud apud apud sub decem et valeriani persecutione passi sunt: et illustri martyrio coronati. De quibus